(15

IN CIPPVM
OSCO-ABELLANVM
DIVINATIO

RAYMVNDI GVARINI

E SOCIETAT. BORBONICAE XXVIR.

NEAPOLI,

EX REGIA TYPOGRAPHIA

CIↃIↃCCCXXXIX.

Semper ad eventum properat, cui cognita meta,
Et cautus nil moliri meditatur ineptum.

DOMINICO CRITENIO

COMMENDATARIO ORD. FRANC. I.

PRO-PRAES.

A CONSVLTATIONIB. REGNI TOTIVS

RAYMVNDVS GVARINIVS.

LIBELLVS adhuc calamo, atramentoque madens in lucem gestit prodire, et Mecaenatem ambit. Quem, rogo? quem nempe, ait, auctor suus inter praecipuos diligit. Recte est. Atqui ego Te, vir amplissime, iam dudum non diligo tantum, sed amo. Quod diligerem, effecit virtus tua insigni cum prudentiae, doctrinaeque penu coniuncta. Ut autem amarem, blande extorsit quotidiana nostra consuetudo, qua tua mihi perspecta est homine Christiano digna patientia, qua multis abhinc annis domi defixus, cum diutino conflictaris, planeque molesto morbo. Quod itaque quae-

*

rebatur sine fraude, praesto est sine ullo labore. Caeteris parcitur, quae assentationem subolere queant. Munus qualecumque tibi sistere est animus, perpetuum posthac mutuae inter nos amicitiae documentum, quod nisi molestum tibi contigerit, nihil est ultra, quod desiderem. Vale.

Neapoli Idib. Januarii an. 1839.

§. I.

Cippi origo, variaeque eivsdem vices. Qvi in illvm hactenvs svnt commentati. Qvaedam orthographica notantvr. Divinationis occasio.

Qvi Cippum hunc pro Nolano habent, hi eodem iure Neapolitanam dixerint *Tauri* molem, quae vulgo *Farnesiana*, quaeque in Regii Musei aedibus splendidissimis iam dudum asservatur. Cippus sine ulla controversia *terminalis* est, qui ruderibus intermixtus veteris Abellani Castri, Nolanis adfinis, illic diu delituit. Sed inde demum eruderatus, sine honore, Abellae, privatae domus infero limini aptatur, non hominibus dumtaxat, sed plaustrorum rotis proterendus, per annos fere sexaginta. Pars Cippi anterior, tantis obnoxia iniuriis, sarta fere tectaque perseverat adhuc, integrasque complectitur lineas duas supra triginta. Pars altera ex adverso (lapis enim est ὀπισθόγραφος), quae in tuto esse poterat, quod illi aversa subter humum iacebat, miserandum in modum detrita adeo, manca, et laciniosa enatavit, ut vix supersit, quid de ea certi decerpas. Sed fortasse haec lapidis damna longe multo antiquiora.

Cippus longitudine aequalis palmis Neap. septem, ultra dimidium cum unciis duabus, latus palmos

duos cum dimidio, crassus palmo uno paullo amplius. Marmoris genus vulgare, sed solidum minimeque spernendum, quale in proximis Abellae montibus coagmentatur. Osce decurrit a dextra ad sinistram, characteribusque Oscorum propriis. Notanda in his forma], quae semper pro *Ve* usurpatur. Nexus bene multi; praesertim partis anticae, qui intra characteres binos, ternosve, non amplius, continentur. Nec omittenda forma 8, quam nonnisi pro adspiratione usurpatam perpetuo videas. Desinentia *verborum*, interdum et *nominum*, fere puncto a themate distincta. Voces marmoris singulas punctis olim disterminatas inter se fuisse, quae post temporis hominumque iniuria evanuerunt, recte pervidit Remondinius. Nullum praeterea apud eosdem vestigium τυ graeci Υ, quod osco alphabeto inseruit Passerius; nec enim hoc indigebant, quibus erat [et V, unde diphthongus V[, quae Graecorum τῳ ου respondet. Sic *Nuvlanus Nolanus*. Oscis praeterea, Doriensium, Aeolumque more, y fiebat 1. Quamquam autem Osce titulus incedat, si tamen stilum spectes, multoque magis rem ipsam titulo propositam, latine magis sapit, quam Osce. Nam praeter quam quod finium controversia, qua de agitur, Senatus romani auctoritate fuit definita, tituli incessus omnis eam prae se fert aetatem, qua Italia universa romanae obnoxia ditioni sensim sine sensu horum insueverat usibus, in quorum tandem mores, legesque, civitatis iure, an verius servitutis officio? erat concessura. Cuius rei, si alia deessent argumenta, quae prout se de-

hinc occasio dederit, minime negligentur, una *Municipii* vox, quae in altera parte occurrit, indicium videtur certissimum. *Municipii* quippe tum vox, tum res ipsa multo magis, ea insinuat tempora, quibus res romana non stabat tantum, sed invalescebat etiam, et florebat.

Atqui haec si ita sint, inquies, cur Cippus non latine, sed osce exaratus? Atqui titulus, ego reponam, eo idiomate fuerat vulgandus, quod vernaculum esset his, quorum intererat, illum et legere, et intelligere, qui profecto Osci erant, non Romani. Sed ad Cippi historiam redeo.

Cum itaque hic ita Abellae inobservatus prostaret, forte fortuna an. 1745 aciem in ipsum intendit V. C. Ioh. Stephanus Remondinius, e Clericorum Regularium insigni familia, quam vocant *a Somascha*, qui in eo erat, ut pro Nolano sacro Ephebeo veterum των κειμηλιων, quoad fieri poterat, locupletissimum appararet. Eo igitur curante, Cippus anno 1750 de loco dimotus, in Ephebei Nolani aedes per honorem est traductus. Neque hoc contentus vir navus, iam ante descriptum communicaverat per epistolam cum viro clarissimo Gorio; qui, pro vice sua, statim ad Passerium transmisit, hominem antiquitatum in primis Etruscarum facile ea tempestate promumcondum. Hic omnium primus multa in eum, et serio est commentatus, cui fere in omnibus, ex pedissequae rationis instituto, plaudit Remondinius, paucis exceptis, in quibus dissentire se a Passerio, modeste profitetur. Verum, ut quod

res est, fateamur ingenue, taedet, Passerium, virum tantum, quem magnopere suspicio, eruditorum morbo, qui doctrinae copia extorqueri quaevis posse sibi facile persuadent, tempore suo, eruditioneque, ne dicam lectorum patientia, fuisse mirifice abusum. Qua de causa male, inurbaneque, ut ipsemet conqueritur, vapulavit ab homine Veneto ignoti nominis; qui nihilo secius ferendus quoquo modo fuisset, si provinciae se minus ignarum probasset, quam lustrandam contra Passerium sine viatico susceperat.

Pauca admodum de Cippo eodem inspersit Lanzius, quodque hominis ingenium, modestissime, alioquin Passerii minime contentus. Sed haec eadem, pauca quamvis, carptim delibavit, alioque veluti properans, eaque de causa sine dubio, minus omnia fere prospere, quod loco suo, et tempore, ipse per se lector iudicabit. Nunc quo casu, in ignes hosce manus coniecerim, non iniucundum fortasse erit, paucis audire.

Cum nuper in marmore quodam Osco-Pompeiano exponendo essem recens in Museum delato, de voce ИИЯП, quae contracte ИИЯП, iterato mihi quaerendum fuit, in qua olim reddenda falsum me fuisse, deprehendi (1). Praenominis enim illi potestatem subieceram casus quarti, generisque feminei. Atqui est adverbium sine dubitatione, quod est *olim ante*, *primum*. Sic ᐊ∃ИИ ИИЯП; *olim*

(1) Comm. XI.

Meddix. Inter haec succurrit illud Cippi nostri ϟVNЯ⅃⊐VN ИИАП, quod reddendum sine cunctatione: *ante*, vel *primo Nolanus.* Lanzium de repente adii, nec enim aliud erat in manibus. De re una, ut fit, in aliam transeunti, subiit libido, partem Cippi anteriorem, qualis a Lanzio una refertur, totam serio percurrere. Frontem caperavi, perfricui, fere detrivi, ut nihil de unguibus dicam ad vivum arrosis. Paucis: unica vocula, quae Passerio *Pamphilus*, uti de ИИАП *Namus*, prima mihi mali huius labes. Sic parva saepe neglecta favilla magna excitare incendia solet. Quamquam ego favillam minime neglexi: sed molliter exceptam benigne fovi, incendioque suborto, ignem gladio, ut proverbio dicitur, per imprudentiam fodi. Quid plura? Hic exitus laboris tanti, quo nullus mihi hactenus contigit improbior; hic elucubrationum mearum fructus, nullo ante interrogato, sive interprete, sive adnotatore. Deque his omnibus doctorum esto iudicium. Quod si favorabile, erit, quod non mihi, sed studiorum eiusmodi emolumento gratuler; sin minus, modo aequum sit, erit, unde tum ipse, cum studia haec in melius proficiant.

§. II.

QVAENAM TERENDAE VIAE IN MONVMENTIS HVIVSMODI EXPONENDIS. FINIVM CONTROVERSIAE, QVALIS HAEC CIPPI NOSTRI, GRAVISSIMAE SEMPER HABITAE.

A notis progredimur ad ignota. Haec mentis nostrae conditio, qua uno omnia, et singula pervidere intuitu non possumus, quae in re quavis latent. Quod si nota verba sint, ex horum notitia ad ea procedimus, quae ignoramus. At si ignota sint verba, qualia in patrum nostrorum demortuis dialectis, quo te vertas? Ad rem, aio, de qua in monumento quaeritur. Quî demum hoc, inquies? Rem, aio, facile expiscaberis ex una, alterave, sive vocula, sive formula notae significationis. Ita, ut nihil dicam de Cippo, quem tractandum aggredimur, cum in marmore Osco Aridaniano essemus, ex una voce *pruphatted* intelleximus, de *opere* aliquo *publico* inibi agi, eoque filo ducti, caetera sumus executi in eamdem sententiam, quae eruditorum suffragiis minime indigna visa sunt. Verum ecquid, instabis, si de neutro mihi compertum sit? Manum de tabula, si me audis. Satius enim tibi, profiteri ingenue, quod nescis, quam temere hac illac iactari incertum, quo sis ipse demum evasurus, quo et pertracturus lectores tuos. Qui rem, de qua agitur, perspectam ante animo habet, illi similis est, qui domum, quam

anxie quaeritabat, iam tenet, cui tamen non omnia statim occurrunt, de quibus est sollicitus. Sed nì laboris taedeat, rimando, scrutando, perscrutando tandem fortasse inveniet, quae frustra sibi polliceatur, necesse est, cui extra domum ipsam vagari utcunque contigerit. Verum haec paullo γενικωτερα.

Idiomatum, de quibus loquimur, studiosum in primis vocum Latii vetustissimarum, portentique similium, peritissimum volo, nec minus interea graecarum dialectorum callentem, Doricae praesertim, et Aeolicae, quae omnia ad rem nostram non opportuna dumtaxat, atque utilia, sed prorsus necessaria. Sed prae his omnibus, assuetum illum velim vulgatis nostratium τοις ιδιωμασι, quorum quanto rudiores consuluntur homunciones, et abs cultu exquisitiore magis semoti, tanto magis idoneos praeceptores habeo. Nec enim, quibus aliquando usi sunt, patrum nostrorum vocabula, haec penitus interiisse, arbitror. Sed partim vulgi licentia, partim caeli temperie, quae magnam in his rebus vim habet, partim aliis de causis, literis paullatim, syllabisve, pro regionum diversitate, nunc auctis, nunc imminutis, nunc translatis, in alia porro, atque alia veluti fusa sunt, quorum, etsi non eadem, quae olim facies, idem tamen corpus, eadem perseverat medulla. Quin statae grammaticorum leges, quibus linguae sine haesitatione praeivere, naturae vim quoddamodo faciunt; quae si paullum sibi relinquatur, ut si qui contra aquarum cursus natant, statim in praeceps ruere necesse est. Ita quod patribus nostris, pro caeli tem-

perie V fuit pro O, nemo vulgo eripiet *τα nui*, *vui*, quae paullo cultioribus *noi*, *voi*.

Et memini, cum puer essem, vocem inauditam *lo votto* ab agrestibus hominibus inaudisse, quam re ipsa *scyphum* esse intellexi, subindeque a Latinorum *gutto* profluxisse, pervidi. Inde Italorum *la Botte*, quae vulgo *Votte;* in quam sententiam plura possem comportare. Sed satis in hoc doctorum civisse salivam. Et quando ad haec devenit oratio, est quod mihi tantisper gratuler sine invidia. Nam quod plurimis abhinc annis insinuaveram viris Italiae totius prudentibus, ut voces de rusticorum praecipue faece per otium, occasionemve conquisitas alphabetico ordine digererent, sua cuique apposita significatione (1); in hoc animum iam adiecisse, subandivi, viros doctos Subalpinos, quos minime dubito ad haec studia incensos curis Cl. Gazzerae, Collegae nostri, Regiaeque Societatis Augustae Taurinorum ab Actis perpetuo. Sed redeo ad nostratium dialectos.

Ab his, nisi vehementer fallor, aurium intentione, nariumque sagacitate, si ita loqui fas est, olfacienda primum, deinde caute enucleanda vocum insolentium abdita rudimenta. Quo destituti praesidio, exteri homines in primis, etsi caetera sint paria, si quando in his periclitari volunt, vix est, ut non Delphinas in silvis, Cervos sectentur in undis. Quin Itali ipsi homines in horum investigatione minime

(1) Comm. I.

inter se pares censendi. Sed quo quisque propior, regionumque nostrarum familiarior, eo sine dubio opportunior investigator. Recentiores idcirco, sive Etrusci, sive Vmbri, sive Volscentes, sive Osci incolae, ne singulos persequar, pro patrum quisque suorum vocibus desuetis exponendis idonei magis magistri, ducesque, prae aliis, habendi, et sunt tales revera.

Verum in hoc perdifficili negotio a nullo magis fuco pertimescendum, quam a sonorum inter se se adfinitate, a quo nisi prudenter caveas, facile extra caeli, solisque vias tibi vagari contigerit. An non et in notis quoque dialectis, iisdem vocabulis haud raro diversae subsunt significationes? Exemplo sint pauca haec de penu romana εν παροδῳ carpta: *anus*, *facies*, *os*, *suum*, aliaque innumera των αμφιβολιων irritamenta. Tituli igitur in primis perspecta res esto, sive argumentum, cui aptanda τα singula κωλα, ut κωλοις verba singula. Quamobrem ut libere, quod sentio, eloquar, non bene de his mereri mihi illi videntur, qui de una voce, alterave seorsum solliciti, totum cum partibus caeteris negligunt. Pauca nunc de Finium sanctitate admetiamur.

Numae lege, capital fuerat, terminum, dolo malo, de loco movere. ***Quei terminom exarassit, ipsus, et boveis sacrei sunto.*** Intelligebant siquidem priscae illi sapientiae viri, quibus humana societas non privatae, sed publicae utilitatis studium erat, eam nec constare, nec diu persistere posse, nisi sua cuique integra stent; agri potissimum, quorum cultura

alimenta vitae pollicetur, unde suorum caritas familiaritate roborata, patriae desiderium gignit, nutrit, confirmat, quo restincto, dissolvatur societas, necesse est. Acerbitas haec legum emollita post Lege Mamilia fuit, et Agraria C. Caesaris, poenaque de capitali in pecuniariam multatitiam conversa est contra finium turbatores. *Nam in terminos singulos, qui dolo malo exarati, locove moti essent, haec quinquaginta aureos; illa vero non amplius, quam* HS. XXV, *publico inferri, iussit.* Ita Goesius (1). Quodnam hoc *publicum?* Illud nimirum, in cuius praeiudicium termini forent dolo malo dimoti, ut infra patebit. Addimus e Paullo Icto (2). *Qui terminos de loco movisset, si servus, ad metalla damnabatur: si liber, in Insulam deportabatur, amissa tertia bonorum parte.* Tanta Legum severitas in finium perturbatores, etsi humanitatis obtentu, uti in nostra temporum infelicitate, sensim fuerit delinita, impetrare tamen non potuit, ut criminis gravitatem minueret apud aequos rerum aestimatores, qui remittentibus humanis legibus, ad divinas provocabant. Ad rem Vegoiae Arruntii locus, Saec. VIII. scriptoris, quem etsi longiusculum, recitare, ne pigeat. » Cum autem Jupiter terram Etruriae sibi » vindicavit, constituit, iussitque, metiri campos, » signarique agros. Sciens hominum avaritiam, vel

(1) Pag. 200.
(2) Lib. V. *Sentent.*

» terrenam cupiditatem, terminis omnia scita esse,
» voluit. Quos quandoque ob avaritiam, prope novissimi seculi, datos sibi, homines malo dolo violabunt, confringentque, atque movebunt. Sed qui confregerit, moveritque, possessionem promovendo suam, alterius movendo, ob hoc SCELVS damnabitur a Diis. Si servi fuerint, dominio mutabuntur in deterius. Sed si conscientia dominica fiet, celerius domus extirpabitur, gensque eius omnis interiet. Motores autem pessimis morbis, et vulneribus afficientur, membrisque suis debilitabuntur. Tunc etiam terra a tempestatibus, vel turbinibus plerumque labe movebitur. Fructus saepe laedentur, decutienturque imbribus, atque grandine, caniculis interient, robigine occidentur, multae dissensiones in populo fient (1) ». Hactenus Vegoia de privatorum in privatos iniuriis. Quid de privatorum in publicum, aut de publicis in privatos incursionibus dicturus? Lege Constantini Augusti ad Bassum V. P. *Si quis direptor agrorum fuerit, in lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere tentavit, amittat* (2). Iure videlicet Legis Talionis, quam in rerum saltem iniuriis restitui, oporteret. Ad Cippum nostrum nunc propius accedimus.

(1) Goes. Pag. 258.
(2) Ibid. pag. 341.

§. III.

Sine Legvm Agrariarvm disciplina Cippvs tractari non potest. Agraria disciplina ab Etrvscis profecta a Romanis sollertissime excvlta. Finivm Formae, et Tabvlaria pvblica. Cippi Abellani svbiecta res, sive materies.

Disciplinae agrariae notitia, et usus pro Cippo nostro, sine alia praefatione, ex eo commendantur, quod in eo de finium controversia, sine controversia ulla, res est. Fines porro, ut quibusdam est persuasum (1), dicti *a funibus* quod funibus olim agri dividerentur. Sed misso nominis τῳ ετυμῳ, moris huius Scripturae Vet. Testamenti argumenta praebent satis luculenta. Finium recturam, quam vocant, Etrusci omnium primi ad certam artis formam provexere, quorum haec laus praecipua, quod *limites constituerunt* (ut Hyginus testatur) *pro aruspica disciplina, non sine mundi ratione. Quoniam Decumani secundum Solis cursum diriguntur, Cardines ab axe* mundi (2). Quod autem Limites constituerint pro aruspica disciplina, insinuatur, mentem Etruscorum in hac re gravissima fuisse, ut

(1) Goes. pag. 290.
(2) Pag 150.

finium tutelam cum religionis sanctitate coniungerent.

Termini extra Limites poni antiquitus consuevere. Pone ex. gr. uti in hac Abellanorum cum Nolanis quaestione, *Viam* fuisse limitem medium inter utrosque: terminos hinc inde *extra Viam* esse, oportuit. *Terminus* vero, si Vitali, Arcadioque fides, ita fuit nuncupatus, quasi *ter minus*, hoc est: *minor pedibus* tribus; nam si hoc maior, dicebatur *termetis*. Immo terminus positus *intra Limitem* pedibus quinque constabat, qualis ille, qui in Cippo nostro dicitur *Medius*, quem propterea *intra viam* infossum cogitare debemus. Neque rem acu tetigisse Lanzius videtur, qui terminum hunc *medium* pro *Epipedonico* habet. Quippe *Epipedonici* omnes *medii* erant, quod in Centuriae cuiusque centro, seu meditullio, erant constituti, adeoque *Epipedonicus* nonnisi unus pro Centuria quavis esse poterat: at *medii* plures erant in Centuria qualibet. Quae cum ita sint, levia censenda, quae de Epipedonico allinit Rigaltius, uni vocis τῳ ετυμῳ, nec satis ακριβως, insistens, *qui in plano potius*, sic ille (1), *esse videtur*, και εν επιπεδῳ, *quam aut supra terram erectus, aut in terram demissus, vel adactus*. Dixisset verius: επι πεδον, id est, in agri centuriae cuiuslibet quadratae meditullio constitutus. Quanta porro sedulitate finium disciplinam haustam

(1) Goes. pag. 93.

ab Etruscis Romani coluerint, vel una Agrariorum fragmenta docere possunt tanta cum accuratione collecta, restituta, illustrata a Carolo Sigonio, Grutero, Rigaltio, Goesio, aliisque passim viris gravissimis iuxta, ac eruditissimis.

Finium Formae, seu typi, vulgo *Piante*, Tabulis inferebantur in Tabulario publico religiose custodiendis, quo nihil vulgatius in re agraria. Suum Oppido cuique, Municipio, Coloniae, Foro, Conciliabulo, Praefecturae tabularium erat cum propriorum Finium, tum Adfinium (1). Sic in Fragm. vet. Leg. Agrar. *Formas tabulis scripserunt.* Et in Fragm. Leg. Thoriae (2) III. VIR *dedit, assignavit, reliquit, inve formas retulit*, Tabularii nempe romani: *referrive iussit*, in Tabulario subaudi municipali. Sed ecce ad rem Hyginus, quasi si cum eo coram communicassem (3): *omnes significationes, et formas, aeris tabulis inscribemus... Libros aeris, et typum totius perticae linteis descriptum secundum suas terminationes, adscriptis affinibus,* TABVLARIO CAESARIS *inferemus. Et quidquid aliud ad instrumentum Mensorum pertinebit, non solum* COLONIA, *sed et Tabularium Caesaris, manu conditoris subscriptum, habere debebit.* Et quamquam haec ab an-

(1) Goes. pag. 339. et p. 260.
(2) Grut. pag. 207.
(3) Goes. pag. 193.

tiquissimis usque reipublicae temporibus obtinuerint, ut ex relatis paullo ante testimoniis conspicuum est ; fatendum nihilo minus, tantam in his Augusti diligentiam extitisse, ut omnium Provinciarum, Vrbiumque formas, et mensuras in Commentarios referendo, eam imperii descriptionem instituerit, ut fuerit non alia privatae domus uspiam diligentior. Tantaque formarum reverentia fuit, ut orta Iuris consultos inter, Mensoresque disputatione, an finium arbitri habendi deinceps forent incerti fluviorum excursus, quod illi contendebant; an formae, ex quibus constabat certus cuique modus per Centurias adscriptus, quod placebat Mensoribus: Pius, neglectis Iuris peritorum rationibus, pro formis iudicarit. Nec mihi quisquam eripiet, quin ex inspectis praecipue Tabularii romani typis, seu formis, definita lis ab Senatu romano fuerit Abellanorum cum Nolanis.

Datus primo controversiae Cognitor, Arbiter, seu Reciperator, Stlaccius, patria Suvessulanus, qui sive per imprudentiam, sive per fraudem, causam Nolanis adiudicavit, Sic

EX AVCTORITATE
IMP. CAESARIS
VESPASIANI AVG.
LOCA PVBLICA A PRIVATIS
POSSESSA. T. SVEDIVS CLEMENS
TRIBVNVS. CAVSIS COGNITIS. ET
MENSVRIS ACTIS. REI
PVBLICAE POMPEIANORVM
RESTITVIT.

Sic an. V. C. 637. Genuatibus, Veiturcisque dati abs Senatu Cognitores, Iudicesque Rufi duo Fratres, Q. et M. Minucii, qui sententiam in Senatu, coram dixere, partesque inter se *composeiverunt.*

Nolani, Stlaccii freti sententia, primum *turbant de iugo*, idest de *Colle*, sibique hoc adiudicant, quod Abellanae ditionis erat. Deinde Vettii mensoris opera abusi, cum Nolanorum, Abellanorumque finium mensuras ageret, et Viam Abellanam, dimotis terminis, subvertunt, et terminos, qui erant *extra ficus*, post *ficus* statuunt. Abellani usi tempore utili, per Legatos ad Senatum romanum, cum a Stlaccii sententia *de iniuria iuris*, tum a Vettii fraude de *iniuria facti provocarit.* Dixi, *tempore sibi utili*, nam ex formula Decreti Genuatium ante memorati, adhuc Minuciorum lata sententia, additur: *sei quoi ea de re iniquom esse videbitur, ad nos adeat primo quoque die*, tempore nempe utili ad provocandum, lege definito. Senatus, causa recognita, Stlaccii sen-

tentiam abrogat, Abellanorumque fines iubet restitui cum multae comminatione in eos, qui deinceps turbarint.

§. IV.

Cippi ætas Legi Mamiliae posterior. De Mvlta, Lege hac, terminorvm tvrbatoribvs inflicta, deqve mvltæ Cvratore, Lege eadem, dato.

De Cippi aetate nil statui certum potest, idque vitio non suo, sed illius culpa, qui limini suo inferno post Abellae accommodandum curavit. Quo enim id assequeretur, illum foede scalpro denormandum permisit laeva, dextraque, ubi minime dubitandum, fuisse olim insculptam notam Consularem, uti moris est in cippis eiusmodi rectangulis, τοις οπισϑογραφοις praecipue. Ex quo aliud malum consecutum est non minus intolerabile: characteres nam nonnulli deliti sunt initio, et fine linearum tituli antrorsum iuxta, ac retrorsum. Verum utcunque haec se habeant, iniecta *Municipii* in Cippo mentio vetat, hunc ad antiquissima romanorum tempora referre. Oppidis enim sui iuris tunc inditum *municipii* nomen, cum romanae civitatis *munera capiebant*, adeoque cum romanae res, non starent dumtaxat, sed invalescerent, et florerent. Sed haec paullo γενικωτερα. Est aliquid, quod chronologicas rationes in hac disquisitione attinere propius videtur, cum titulus

in multam digitum intendat terminorum violatoribus, Lege Mamilia, impositam, Curatoremque praeterea, Lege eadem, specialiter constitutum ad *multas* eiusmodi, ut loco deinde suo palam fiet. Ad primum quod attinet, haec Legis verba sunt: *quique termini, hac Lege, statuti fuerint, ne quis eorum quem eiicito, neve commoverit sciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit, locove moverit, sciens dolo malo*, HS. XXV. *in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto* (1). Vide, multam hanc agrariam in illorum cedere utilitatem, quibus illata iniuria fuerit. De speciali vero *Curatore multae* eiusdem, haec habet eadem Lex: *deque ea re* CVRATORIS *qui, hac Lege erit, iurisdictio, Reciperatorumque datio, addictio esto*. Curatoris ergo in hoc negotio supremum ius erat, qui ad Legis effectum pro solutione obtinendum, *Reciperatores* quoque *dabat, addicebat.*

Legis auctor, ut pluribus Mazochius ostendit (2), Caius ille Mamilius Trib. Pleb. fuit, de quo Sallustius (3). Lex, ut idem Mazochius contendit, lata an. V. C. 643. unde *Limetani* cognomen indeptus. In cuius rei memoriam duo extant numi, aereus alter maximi


---

(1) Goes. 340.

(2) Tab. Heracl. pag 390.

(3) De Bell. Iug.

moduli, qualis in Museo Oliveriano, et penes Collegam nostrum eruditissimum, Ianuarium Riccium, cui a re veteri nummaria nomen minime vulgare; argenteus alter, isque communis. Praeter discrimen hoc, et aliud inter utrumque intercedit. Nam in argenteo legitur *Limetanus*, desideratur *termini* typus. In aereo contra, qui raris accensendus, nihil tale: sed qua parte assis σημα cudi consuevit, *termini* symbolum conspicuum est. Sed ciet adhuc salivam *multa*, de qua sermo est institutus, quam in titulo hoc altero Nolanorum Osco videre est, nec urbanum duxerim, insalutatum dimittere, etsi de *multa terminali* pro ea vadimonium minime obiverim. Titulus hic est.



Reddiderim:

PAACVLVS . MOLVCIVS . MARIAE . MEDDIX
A DECIMIS . QVAESTOR MVLTARVM.

In marmore alio Osco occurrit vox eadem fere ƧVIƧRTƎ>ƎЯ, quam *a decimis* sum item interpretatus (1). IЯ◁ЯИИ muliebre nomen videtur gignendi casus, quam *Marae*, vel *Mariae*, Paaculi

---

(1) Com. XI.

Matrem habeo. Oscis ergo aeque, ac Etruscis, a nomine materno cognomen adscitum: sic, ut alia praeteream, *Popidius* Pompeianus, Oscus sine controversia, a matre *Celsa* dictus *Celsinus*, quem morem in Latinorum quoque titulis passim est animadvertere. 𐌃𐌖𐌕𐌄𐌊𐌀𐌓𐌀 *araketud* imperandi modum censeo, quasi *aracetu*. Vocem arcesso ab ἥρηκα, praet. τυ αἱρέω capio. Quo posito 𐌔𐌀𐌕𐌋𐌖𐌌 · 𐌃𐌖𐌕𐌄𐌊𐌀𐌓𐌀 fiet *ad capiendas multas*. E diverticulo nunc in viam. Si Lex Mamilia lata fuit ad an. 643, cippus ergo Abellanus, qui ad hanc videtur respicere, Lege posterior est habendus. Quanto tempore, inquies? Davus, sum. Belli Socialis tempora, paullo ultra citraque, cogitarim, nam Cippus, uti mox videbitur, latine nimis olet.

Poena non ad praeteritum, sed in futurum respicit. Mere igitur *comminatoria*, *sententiae* tamen, etsi *non latae*, *ferendae* tamen *ipso facto*, si Canonum hanc in rem trahere formulas fas sit; eaque taxata non ad privatorum modum, qui privatos terminos dimoverint, sed publicum, qua singuli afficerentur, HS. III. per capita damnandi.

§. V.

Pars Cippi anterior. Finivm Abellanorvm, et Nolanorvm cvm forma e tabvlis descripta. Nolanorvm in Fines Abellanos vis manifesta. Stlaccii Svvessvlani sententia improbata. Terminos ex integro restitvendos, praecipitvr.

Partem hanc Cippi reor, ad fines respexisse Nolanorum proximos. Lineae tres priores prooemii loco sunt, sed imminutae omnes a parte sinisteriore, quarum tamen nullius momenti, et facile reparabilis iactura. Illarum supplementa characterum diversitate erunt conspicua, et ita porro. A latina versione prudentius duxi exordiendum. Partis utriusque exemplar fini operis adiicietur. Illud, me coram, Societatisque Borboniae impensis, exceptum de Autographo membranis chartaceis a Stanislao Aloe, bonarum artium viro appetentissimo, miraeque in talibus dexteritatis. Hoc penso absoluto, voces singulas, nulla excepta, expendam, radices perscrutabor e dialectis cognatis repetendas cum vetustioribus, tum recentioribus, aut vernaculis, nostratibus potissime. In nominum, verborumque casibus, numeris, generibus, desinentiis, personis, modis, temporibus notandis, operam navabo non levem, minimeque spernendam, quandoquidem fateri non pudet, me in his haud mediocriter esse versatum. Nec tamen omnia

proinde sibi a me lector polliceatur, nam Oscae-rei exigua adhuc penus est. Nunc manus in ignem. Labor primus prooemii restitútio. Utinam caetera huius similia !

ꟽVꓘꓘƎ
ꟽV · · ꓘЯꓶ ꓭIIᐊT
Vᐊ · · Яꓶ · · · VTꟽIIꓶ

Ecce *turbatio* Abellanorum *Limitum*, et *Nolanorum*. Remondinio, Passerioque prima vox est *eccuma*. Nulla tamen temporis, aut hominum iniuria causanda, cum nulla nec vola, nec vestigium sit literae detritae, quod nonnullis aliis contigisse identidem videbis, si nostrum cum Remondiniano τῷ ὑπογράφῳ conferas. Haec prioris nunc Cippi partis latina versio, ne vocibus inauditis, re nondum praeconcepta animo, lectorum fastidiosae laedantur aures.

» Terminus finium Medius est extra Ficus, ubi » termini finales propter viam positi. At ipsi a » Stlaccii Suvessulani Senatoris sententia, Iugum (*Collem*) turbare, licitum duxere. Turbavit primo » turbans Nolanus. Nam Vettius, Nolanas agens » mensuras, Collem turbavit una cum Via Abellana. » Turbatio (*dehinc*) peior. Nam Vettius, Abellanas » agens mensuras, terminos statuit post Ficus. Ferantur ante. Sunt tres. Nec Abellanus, nec Nolanus deturbanto. Secus, Aerario damnas esto HS. » III. viritim, solvenda sine mora, Curatoris arbitrio, » itemque solvenda sine mora per capita. Termini

» constituantur, ita utei pro Acerranis sunt consti-
» tuti. Hique contra Stlaccianam illam Viae Abel-
» lanae, una et Nolanae eversionem, sunto ex aequo
» fines medii, legitimique.

Haec Cippi Abellani pars anterior, cuius apographum integrum seorsum in fine exhibebitur. Voces nunc singulas promissi memor expendam ad illorum amussim, quae iamdiu animo insederunt praeiudicia ».

.ИИVꓘꓘƎ. Sic in autographo, in quo characterum delitorum nulla nunc vestigia. Remondinius habet ЯИИVꓘꓘƎ, quod Lanzio minus prospere *ex Cuma*. Vox integra videtur, quod eadem iterum sic recurrit. Recte Passerius: *ecce*, quasi *ecce eum*, quod Plautine sapit. Opportune prorsus, nam sequitur

ИИV.. ꓘЯ⅃ЯꓭIꟷ◁T Est autem *triibalacavum*, ut ad v. 10: prudenterque Remondinius sic vocem restituendam, coniecit, quam deinde Lanzius exposuit *Triibalaces*, et perperam pro *Trebulanis* habuit. Nomen est, quod Latinis *turbatio*. Nec mihi dubium, quin tres lineae priores sic ex integro sint reddendae:

Haec est
Tvrbatio *Abellanor.*
Limitvm, *et Nolanor.*

ꝺꟷƎ⅃ꓘƎ◁ƎB. Passerius, Remondinius, Lanzius pro Hercule sunt interpretati, idque, immane, quan-

tum ipsos transversos egit. Sunt autem *termini*, quod mihi primum veluti filum Ariadnaeum fuit in hoc labyrintho percurrendo. Sic dicti ab *Hermete*, qui Graecis τα ἑρμιδια, Latinis *Hermae*, aut *Hermulae*, quibus nihil vulgatius in re Agraria. Possis vocem arcessere απο τȣ ἱερȣ et κλειν, quod *terminorum* sit, fines *sancte claudere*, tutosque ab adfinium fraudibus praestare. Quin immo *herecleis* proprie magis, signateque ἱεραι κλειδες, *sacrae claves*, quod terminorum maxime proprium.

ИИЯNꙄHI8. Ita sine nucleo ad v. 5. et 18. Passerius deduxit a *fesnove*, de quo Festus, vertitque *fascini depulsorem*, quae ipse sibi *praefiscini* habeat. Reddo *finales*, vel *finium*. Vulgo *fenajeta*.

TꙄHI8ƎИИ. *Me. medius*; et *phiist*, *est*, vel si mavis, *positus est*, nam paullo infra *pusstiss* erit *positi*.

ЯRᐊTBƎ. *Extra*. Litera Я, mere paragogica.

ꙄꙄVBHƎ8. Accusandi casus pluralis, ut ex duplici sigmate in fine. Sunt *Ficus*, arbores finales. Inter arbores huiusmodi alias Arcadius (1) memorat ficum Cypriam finibus implantatam. Lanzius reddidit *Vicos*, fucumque ei fecit litera 8, quae hic non pro Ɔ, sed pro *ph* est accipienda, ut identidem alibi.

TᐊƎПTƎ8ИИR. Tres in unum voces sine ulla interpunctione. *Circum*, *et per*.

---

(1) Goes. pag. 259. Vid. Varron. L. I. Cap. 15.

𐌅𐌝𐌀𐌌. *Viam*, quae in v. 15. 𐌔𐌅𐌀𐌉𐌀, quod veteres Itali singulis fere vocibus a vocali incipientibus praefigebant digamma (1). Hinc *Via* fortasse, quae *a vehendo*, dicta etiam *Ia* ab *eundo*. In Genuatium decreto notantur *termini circum*, *propter*, *et trans Viam Postumiam*.

𐌐𐌖𐌔𐌔𐌕𐌝𐌔𐌔. Occupatum est paullo supra. Sed per occasionem, EXDIC. PRVHIPVST, quod in Tab. aenea Oppidensi reddidi *edicto prohibitum est*, recudo nunc: *propositum est*.

𐌐𐌉𐌃𐌝. Passerio *pars*, Lanzio *quae*. Neutrum. Adverbium est, quod reddere possis *sed*, *autem*. Vocis litera perpensa, contractum videtur τȣ Latinorum *papae*.

𐌝𐌉𐌐𐌝𐌔𐌝. *Ipisi*, syllabae unius accessione, ut *Vestiri* pro *vestri*.

𐌐𐌖𐌔𐌕𐌉𐌃. *Postinde*. Etruscis *pustru*, *pustra*, *postro*, *postra*, Latinis *postremo*, ut ab *extra extremus*.

𐌔𐌋𐌀𐌊𐌉𐌉. In parte Cippi altera 𐌊 duplicatum. Gignendi casus, cuius rectus est *Slaciiz*, qua *nominum* terminatione cum Oscis delectantur Hispani, quae Romanis fere in *ius*. Gens *Stlaccia* lippis nota, et tonsoribus, quae tamen Passerio nunc *stlvci*, nunc Circaeo portento *ac*, *una*, *cum*. Lenior igitur Oscis pronuntiandi modus, prae Latinis, quod et ex aliis patebit.

𐌔𐌄𐌍𐌀𐌕𐌄𐌉𐌔. *Senatoris*. Pro re praesenti gignendi

(1) Lanzi V. III. fac. 88. n. 3.

casus est nominativo similis. *Stlaccius*, Suvessulanus Decurio, ἱρωνικῶς *Senator* appellatus.

ƧIƎƆVƧ. *Suvessulani.* Idem casus. Lanzius vocem hanc primo cum antecedente conglutinavit. Inde illi profluxit monstrosum *Senateissuveis*. Verum, mutato post consilio, alterum ab altero distinxit, et *Suveis* dat pro *suis* sine haesitatione ulla (1). At vox breviata, sine controversia, recurritque in parte altera in sententiam nostram. Vox eadem *Suffetem* oluit Passerii, Remondiniique naribus. At cum Oscis res erat, minime cum Poenis.

ЯVИIꓘИЯT. Tritae significationis vox curis nostris alteris, porroque alteris. Est *decretum* ἀπὸ τοῦ τάττειν, quod Latinis *taxo*. Hinc Ταγος, *Dux*, *Princeps*, qui Thessalis Ταγεϛ. Passerius pro *Senatore* habuit praeclarissimo, cui nomen *Tancino*, quem et Tribunatn auxit militari Leg. I. Et memini, viro quondam erudito stetisse pro *Macello*.

ИИVƆЯꓘЯ⅃Я8ꟼ◁T. *Turbatio.* Graecis θορυβεῖν, Latinis *turba*. Vulgo *'ntrovolamiento*, et *'ntrovolare*. *Turbari* autem proprie de Finibus.

undique totis
Usque adeo turbatur agris.

Capite minuit Passerius, extuditque *barach*, *brachium* puta, genus mensurae.

. . . 8VTꟼꓘꟼ⅃. Tertia pluralis praet. ind. modi.

---

(1) Vol. III. facc. 716,

Deest desinentia, quae facile *ik*, ut infra ad voc. prupukik. *Licitum sibi duxerunt.*

ИИꟷИꟷ. Passerius: *in unum*. Aptius *in illud*, quod referendum ad

ꓘVI. *Iugum*. *Collem* intellige, seu *montem*, non *iugerum*, ut *ταπεινῶς* Passerio.

8VꟷꓘꓘRᐊR8ꟷᐊT. Nominis desinentia, quae Etruscis familiaris, quibus *apruph*, *uveph*, *vi-tluph* — *aper*, *ovis*, *vitulus*, *vitula* (1). Vocis nucleus idem, qui vocis *tribalacavum*, liquida in caninam immutata. Redde: *turbator*, vel *turbans*.

ИИRΠ. Quod graecis *παλαι*. *Olim*, *primo*. Passerius accepit pro *Pamphilo*.

ꙅVNRꓶƆVN. Ad nominum instar quartae Latinorum declinationis, stare potest pro nominandi, gignendique casu singulari, itemque pro primo, et quarto plurali. Idemque aio de voce ꙅVNRꓶꓶƎ8R. quandoquidem carebant Osci litera O, pro qua V.

TƎꙅVT·TRꓘRꓶREꟷᐊT Tuset Passerius habuit pro voce integra, redditque: *tutatus est*. Atqui est desinentia mera praet. indicat. tertiae singularis. Sic in altera cippi parte *pruvatuset*, *probavit*. Quod ter factum in laterculo, quo de agimus, notatu dignissimum. Ergo *tribaracciuph tribalacattuset*, *turbans turbavit*. Qui loquendi modus Scripturis, Vet. in primis Testamenti, perfamiliaris. Esai. 30. *Miserans miserabitur*. Psal. 39. *Expectans expectavi*. Thren. I. *Plorans ploravit*. Et quae quis enumeret?

---

(1) Lanz. Vol. III. facc. 749. 751.

ИИRИ. Notae potestatis aetiologica particula, de qua Passerius *Namum*, nescio quem, fecit. Quid homini facies, apprimeque erudito? Et homo ipse sum. Humani a me nil alienum puto.

8VHTTƎV. *Vettius*, quae gens apud Etruscos frequentissima, magnis Romae insecutis temporibus inclaruit honoribus. Lanzius trepidanter pro *Vicis*, aut *Vicanis* est interpretatus, deque *Vescinis* tantisper subdubitavit, qui tamen longo distant itinere a finibus, in queis versamur. Terminationis in F apud Gallos etiam vestigia: *completif*, *confirmatif*: *completivo*, *confirmativo*.

ƎVTƧƎИИ. Nominis terminatio, quae primi generis videtur. Sic Etruscis *Vele*, *Velius*. Est autem Latinorum *Mesor*, *Mensor*, ut egregie Passerius. Vettius Nolanorum primo, deinde Abellanorum finium mensuras egit, ad Sılacciani Decreti normam.

ИИVꓘꓘƎ ·
:TRꓘRᐊRBHᐊT · ƧVИR⅃⅃ƎBR · ЯRIRƧ
· ꓘVH · TƎƧVT

Ecce cum
Via Abellanos turbavit de Colle. Quae turbatio 8VIꓘꓘRᐊRBIᐊT adhuc *peior*. Hoc insinuat *acciuf*, quasi απο του κακιους. Inde Italis desinentia in *accio* in sensum usque deteriorem. Igitur *tribacciuf*-*turbatio peior*. Vernacule: *trovolazzo*.

ЯVTƧƎИИ. VИR⅃⅃ƎBR. *Abellanum* habeo pro *Abellanorum*, quod esset *Abellanum*, ut

Deum pro *Deorum*, quadratariorum consuetudine pervetusta, qui *της οικονομιας χαριν* parcebant sibi a litera finali vocis antecedentis, si eadem esset initium sequentis. ЯVTƧƎИИ porro est auferendi casus, ut *tancinud*. Casus ergo rectus *Mestus*, vel *mestuf*, *mensurâ*.

TƎЯ. Recurrit vox eadem paullo infra, estque *et*, vel *atque*, pressius *autem*. Verum hic dubito, an cum voce sequenti

TƧVП sit consocianda, quo in casu *avtpust* esset *adposuit*. Vtrum mavelis, sententiae nihil incommodat.

T⊲Ǝ8NЯ. *Ante feruntor:* Subaudi *Ficus*. Passerio sumitur in *auferendi* significatione, quod demum accommodari constabilitae semel sententiae queat. Sed Lanzio ἀτοπως omnino est *ambretus*, *ambitus*, *circuitus*.

⊦Ƨ⊦Ǝ· Thema ειμι *sum*. Ergo *sunto*.

⊦Ǝ⊲ƎT. *Tres*. Redibit paullo post eadem vox. *Terei* sic, ut *ipisi*, et *vestiri*.

ПƎЯ. *Nec*.

ƧN⊦T·TЯꓘЯ⊲Я8· ⊲TNV⊲П· *Tins* desinentia tertiae pluralis praet. subiunctivi. *Proturbaverint*, quod et futuri terminatio. Punctum ad dextr. 8 est I.

ИИV⊲ƎЯƧƎ8T. Vox in marmore semper cum adspiratione, quod a Lanzio minime animadversum.

ЯVП. *Pud*. Apocope. *Apud*, quae praepositio hic casui postposita.

⊦ƎƧƎ. *Erit. Inferet*, *damnas esto*.

ƧƧ⊦⊦Ǝ⊲ƎT. Forte *tereiz*. Ƨ. idest: III. HS. nam ultimum Ƨ haberi potest pro nota *Sestertium*.

ИVꓤ. *Ad unum*, *viritim*, *seu per capita*. Suppressa litera *d*, quod mollius Osci pronuntiabant, Romani asperius, pro dignitate sua.

ꙅИƎTꓤП. Vox puta Latina. Redde: *sine mora*.

ЯꓤꓘꓤИVИИꙅꓤ. Quasi *ad munera*. *Munerarium* reddo, non *a munerum procuratione*, sed qui *Curator* audiebat *a multis terminalibus*, Lege Mamilia, de qua supra, specialiter adsignatus.

ИИ⊦И⊦ .ꙅИ⊦. *Insimul, in unum*, *item*.

. . . .|Я.ꓤ Videtur recudendum: *privatei*, referendumque ad vocem sequentem

⊦ƎᐊꓷꓤϟƎBT. *thesauri*, vel *pecuniae*.

ЯƎBTꓤꓘꓘVП. Puto sic distinguendum: ꓤꓘꓘVП *postquam*, et ЯƎBT. Praet. *Constituti fuerint*, ab obsoletis θεω, vel τεω. Dorice οκα, et οκκα, οτε.

. . . . .ƎƎ At primam literam fuisse oportuit B. Ergo, quod cum spatio, sententiaque congruit, ꙅIƎ⅃ꓘƎᐊƎB, *termini*.

TVꓤ . ИИVTI. *Ita utei*, nam nexum Vꓤ habeo pro *au* non pro *al*, ut videri facile queat. Et plane non intelligi aliter potest, quod sequitur,

T⊦VꓤИИꓤᐊT. Ecquid enim το *tramalit*? Itaque *tramavit*, *teramavit*, a *teremenes*, *termini*. *Tramavit* idcirco, ut *vapulavit*, *terminatum est*. Sed forte subintelligenda desinentia *tuset*.

ꙅИ⊣ᐊᐊƎ.. Supplendum προς *Acerrins*, pro *Acerranis*. Ab Acerranis petitur exemplum, qui eodem morbo affecti, eadem medicina curati.

ᐊƎTИꓤ. Graece αντι, *contra*. Male ergo olim

IIX .ͰᐊᐊVIΤ ·ᐊƎΤИЯ· *ante Turr.* XII. Corr. *contra Turrim* XII.

ЯИᒧᒧV· *Ollam, illam.* Ergo feminei generis, ut Glycerium, Eustochium.

VƆVᐊVVIƆ· Vere *Viae* Abellanae, Nolanaeque *ruinam*, sublatis hinc inde terminis, effossisque, qui in medio, circum, et per viam, secus Collem erant positi, quod ille intelliget, qui non ignorat, quanti olim operis viarum erant structurae. Vocis elementa, ut quisque videt, *via*, et *ruo*.

...·VЯƎПϟͰ *Ispedu.* Metathesis pro *ipsae.* Superest V... vocis initium mutilatae. Sensus exigit: *erunt*, vel simile quidpiam.

ͰИƎ ·ͰИϟͰ *Isaieai*, quasi *isaeeae*, *iustae.* Vocis nucleus ἰσος, *iustus*, *legitimus.*

ИƎИИƎᐊƎΤ· *Teremenes, termini.*

ΤƎͰИΤϟVI· Quod interprete non eget, Oedipo multo minus.

§. VI.

Pars Cippi posterior. Senatvs Rom. rescriptvm ad Abellanorvm Magistratvs. Qvid hi Mvnicipibvs faciendvm post haec denvntient.

Pessime Laterculum hoc se habet, et in multis imminutum. Curatum interea, ut qua parte mancum, restitueretur, qua interruptum, quoad fieri potuit, continuaretur. Temerarium, inquies. Agnosco,

et fateor. Tu tamen in re dubia, nisi audita prius, et cognita, recognitaque causa, cave ne iudices. Idem, qui in priore tractando, ordo servabitur, iis omissis, quae forte sunt occupata. Haec latina illius versio.

» Magnis clamoribus nos adiere coram Cives ve-
» stri, quod subversi termini Abellani sint Civium
» Nolanorum manu, qua parte equidem Galatini,
» populi terni inter se contigui sunt. Elisa vis in-
» lata Abellanis. Damnati Nolani a Senatu, Suves-
» sulani sententia abrogata ».

Et hactenus Romani Senatus rescriptum, quo nil pote maiestate dignius Latina. Quid ad haec Municipibus suis Abellani Magistratus, qui *Meddix* sine controversia?

» Licet iam nos ovantes coire ad sacrum termi-
» nale. Stlaccii pudet. Hinc post, ubi peractum
» *fuerit* iustum sacrum pudenter, termini *eriguntor*.
» Municipii enim confinium Senatus decreto sanci-
» tum est.

» Nunc, macti animis, iusto sacro indicto, mu-
» nicipali aere, sacrae *fiant* Lustrationes, et iustis
» sacris *addantur* lecta fructuum Municipalium
» *offerumenta* ex putatione . . . . Finesque Nolani
» iidem *sint*, *qui ante fuerant* Nolanis ».

Atqui haec, quod attinet in primis ad postremas lineas quindecim, probabili tantum nituntur coniectura, ut ne quis pro singulis vadimonium exposcat. Literarum namque, verborumque hiatus non pauci patent, quinque praesertim versibus, qui superne a laeva, dextrorsum inferne procedunt. Marmor alioqui

summa olim accuratione exaratum eo usque, ut cum in lapidis vulnusculum scalptor offendisset, in ipsa vulneris cavitate characteres insculpserit. Quae omnia in apposito schemate consideranti palam fient. Reliquum est, ut omnia sigillatim ex instituti nostri ratione expendamus.

⊦VΠЯИИƎ. Vocis originem graeci fontes indigitant. Απυη, *vox*, *clamor*, unde ηπυω, vel απυω, *clamo*, *vociferor*. Ex quo evidens fit, delectos Abellanorum Cives Romam missos, qui de accepta iniuria apud Senatum conquererentur.

⊦VH⊦ꓘ ·⊦◁IT≷ƎƆ. *Vestri Cives*, quae vox posterior videtur inflexa ad instar secundae Latinorum declinationis.

≷ ·⊦ЯИИ. *Mais*. Ημας, *nos*. Aphaeresis.

. . . . ᒧΠ Mihi est *pluplixe*, *publice*, *coram*. Oscis idcirco crediderim fuisse *pluplum*, qui *puplu* Etruscis, Latinis *populus*, quasi πλεον πολεος, quod nempe vulgus *maior Civitatis* pars est.

Я⊦ꓘVΠV◁Π. Fere collineavit Lanzius, qui reddit *poposcerunt*. Magis proprie: *provocarunt*. Latinis *proboco*, *provoco*. Sic Etruscis *suboco*, *subvoco*.

⊦ƎИV◁◁ƎƆ≷. *Subversi*. Latinis *eversi* ab *everro*, vel *everto*. *Quod denique fanum*, Tullius clamabat (1), *quod non eversum, atque extersum reliquisti*?

(1) In Verr. Cap. 21.

IƎᒧЯƆꓘ. *Quales, qualiter.* Plauto *Culest*, *quale est.* Vide Nonium (1).

IƎᒧ . . . . Supple IƎᒧꓘ ƎᐸƎB

ꟻVIꟻꓘ ·ƎVꟻ ··· ƆVИЯИV. *Manu Nolanorum Civium.* Sic *Mancipium* pro *Manucipium*, quod *manu captum.*

ꟻVTЯᒧЯꓘ. *Galatini.* Intervalli quantum satis voci *Pluplei*, *populi.*

ꟻƎꓘꟻᐊT. *Terni.*

ƧIV ·TЯƧIᒧ. Reddo: *elisa vis Abellanis* inlata. *Abellanuum* pro *Abellanorum*, παθητικως, non ενεργητικως, accipiendum. Vocem autem *lisat*, elisa T paragogica, particip. est passivum τȣ *lido* obsoleti, cuius composita *allido*, *collido*, *elido*, *illido.* *Vis* idcirco *Abellanorum* idem est, ac *iniuria Abellanorum.* Ita: *haec Domini iniuria*, h. e. *Domino facta iniuria.*

ꟻVꓘЯTƎꓘƎꓘ. Antepenultima vocis litera speciem nunc praebet, etsi incertam, adspiratae, quod minime turbat, nam ad voc. ƧƧVBꟻƎ8 adspirata est pro ꓘ.

ƧƆЯ. *Avs*, *aps*, *abs*, pro Oscorum lenitate.

IƎTЯИƎƧ. *Senatue*, ut *fortei* pro *forti.* Tertiae igitur declinationis.

ЯIПƧVᒧVTVП. Auferendi casus. Vocis elementa *pust*, et archaicum *tulo.* Ergo: *posthabito spreto.* Potest vox commode repeti a *putando*, seu

(1) Cap. III. n. 56.

amputando, quasi si dictum, *putulata Stlaccii sententia*, i. e. *rescissa*, frequentativorum modo. Sane in hac significatione mox occurret vox ЯVTVП·

ƧƧꓘƎ ·TИЯ8V8· Reddo *ovantes*. Dionysiaca vox ab *Evans* derivata.

ЯƎИƎ8ИИVꓘ· *Cumbened*, *convenire*. Quaesitum alibi de voce hac (1). Notanda desinentia infin. modi.

ИИVꓶꓘЯᐊЯꓘЯƧ. Lanzio *sacrarium*. Est *sacrum*, *terminale* videlicet. Hic non *ordinarium*, sed *indictivum*, et extra ordinem. Ita visum pro re praesenti. Romanis iuxta, ac finitimis regionibus, nil publicum ante sacra. Cum exigua esset res romana, *Terminalia*, ut refert Strabo (2), intra quintum, sextumque Lapidem celebrabantur.

TƧꓶЯVП· *Puditum est*.

. . .ᐊƎƎT Vox mutila. Fortasse: *peractum*, *terminatum*.

ПV ·ЯVП· Quasi *pudpu*. Metathesis. *Post ubi*. Vernacule: *poccà*.

ЯVƧIƎ· *Iustum*.

ᐊƎTИЯЯVП· Pro *puranter*, *puriter*. Caeterum in marmore est *pudanter*, Δωριχως videlicet, quod Latinis *pudenter*. Recte est: Nam de *sacris* agitur *terminalibus*. Est itaque *modeste*, *sancte*, aut simile quidpiam.

---

(1) Comm. XI.

(2) Lib. V.

TϟI . . . ◁Ǝ. Praeter. desinentia. Sensus exposceret: *eruantur*, termini videlicet a Nolanis positi de novo, vel *erigantur* de novo ponendi.

. . .VИИ *Muinicipii.* Sic infra.

ϟFVИЯꓶƆVИ .ϟFVTЯꓘFꓘ .ИИFИF. Litera est: *nam causa cecidit Nolanus.* Prima syllaba vocis *cicatui* αναδιπλωσις mera, ut in praet. *cecidi.*

ϟIVTЯꓘ. *Cati* Passerio. Oscis T pro D, Δωριχως. Ergo *Cadui*, qui Latinis *cadivi* a *cadendo*, quod causa ceciderint Nolani. In Pervigil. Veneris *decadivus.* Praesto est graecorum κατωθεν. Una omnibus origo communis. *Catuojo*, et *catoja* Calabris *basso*, *matto.* Abellinatibus, Nolanisque vir, mulierve ingenii inopes, planeque contemnendi. Neapolitanis *cadente.* Recolatur obsoletus Latinorum *cascus* eiusdem originis, et significantiae.

Suvessulae. Stlaccii patria, qui de controversia primus iudicavit. Suvessula Tifata inter, Claniumque sita. *Suvessulanorum agrum excipiunt Nolanorum populeta, multiplicis generis amicta vitibus.*

TƎϟVTЯ8V◁П. *Probatum est.*

. . . ◁ Particula sine cunctatione connexiva, cuius una desideratur litera, nec enim plures spatium admittit. Puto fuisse Graecorum ῥα in confirmandi, excitandique sensu. Anne ex enclitica hac nostrum *or*, *su*?

ЯVИИIЯ. Auferendi casus, ut *actud.* Quantum autem vox abest a Latinorum *animo*, vernacule passim *anmo*, *anemo*? Redditum idcirco *macti animis.* Quod si prisci Latini *Punicis*, *Oscisque verbis usi*

sunt, ut Macrobius testatur (1), quanto magis Oscos latinis vocibus putandum est fuisse usos, quorum erant finitimi, eaque praesertim tempestate, qua Romani Orbem fere universum ditione sua premebant?

ꓘ⊦Я⊦. Facile ab ἴδιος, *proprius*. Vox integra. Bis occurrit. Redde: *de proprio*, *de suo*.

N⊦ИVИИ. Forte hoc loco *munus*, nam de *municipali* impendio sermo videtur institutus. Increscit hic hiatus a linea secunda, superne inferne dextrorsum ad sextam usque. Lacunae huic literarum septem plus minusve, sententiam secutus, suppetias addiderim voce *addantur*, aliave simili, nam sequitur

Я⊦ƨV8 ·⊦◁ƎB, quae mihi sunt *sacrae lustrationes*. Siquidem *arva lustrabantur*, praesertim si contaminata, qualis Abellanorum *Collis* ex aliena occupatione. Vocis fundus graecanicus omnino, quasi ἱεραι ποσεις.

ƨ⊦Ǝϟ⊦Ǝ. Trium hinc characterum iactura ex lapidis antiquo vulnere, quam impleverim voce ИИ⊦Я⊦ qua nihil opportunius. Hinc sequitur vox ƨIƎ⅃ꓘЯ◁ЯꓘЯϟ, cuius primum ƨ cum parte Я in vulneris cavitate insculptum. Idem factum in linea sequente ad ƨ finalem vocis antecedentis, et partem 8, quae initium τοu

8V⊦TЯTꓘV◁8, qui nomen sine dubio recti casus, ut *Vettiuph*. Est autem, quod Itali aiunt *fruttato*. Nempe

(1) Saturn. Lib. L. VI. Cap. IX.

◁8 *uctuum*. Sic vocis fugitivos characteres fugitivarius ego reprehenderim.

ЯVTVП. Sextus casus, ut *actud*, *putatione*, vulgo *puta*. Nominat. *putus*, vel *putuph*, latinis *putatio*. Locus intelligendus videtur de arboribus pomiferis, quae propterea *felices* dictae. Nam *felices arbores*, Festo referente, *Cato dixit*, *quae fructum ferunt*, *infelices*, *quae non ferunt*. Idcirco de arboribus eiusmodi, et quidem recens *putatis*, coniectura incessit animum. Sane antiquissimis Atheniensium legibus, ut e Porphyrio discimus (1), praecipitur, *Deos fructibus terrae colendos*. Θεους καρποις αγαλλειν. At quis Deorum fructibus terrae delectari magis credendus est, quam Deus Terminus, cui agrorum credita custodia fuerat?

§. VII.

Vocvm syllabvs, qvarvm fvndvs commvnis cvm Graeca, Latina, vernacvla, aliisqve dialectis; qvaeqve inde consectaria.

Graeca.

ЯVHИИЯ. αμα, et νου, una *mente*, *concorditer*. Possumus et de Latinorum *animo* cogitare, rudioribus *anmo*, quorum eadém omnium ἡ αναλογια.

8ИИЯ. αμφι, *circum*. Valde tamen verisimile,

(1) De Abstin. Lib. IV.

ut hic αμφω stet pro *duobus*, terminis videlicet, qui inde circa *medium* positi fuerant secus *viam*, quae *Limes* erat agri Abellani, et Nolani.

ᐊƎTNЯ. αντι, quod Latinis est *contra*.

ꟾ≷ꟾƎ. εισι, *sunt*. Ab ειμι. Oscis, Latinis, Etruscis communis.

ᐊV≷ꟾƎ. ισος, *aequalis*, *iustus*. Anne inde Latinorum *isdem*, *idem*?

ꟷƎ≷Ǝ. Radix ειμι, aut ηκω, vel ιημι.

≷ꟾƎꓘƎᐊƎB. *Hermae* Latinis, ερμυδια Graecis. Rectius fortasse ἱεραι κλειδες.

Яꟾ≷V8 ꟷᐊƎꟷ. ἱεραι ποσεις: Latinis *fundo*, *fudi*, *fusum*.

ꟾVΠЯꟽꟾƎ. *Ma* pro *me*, μεγας, Δωρικως, Latinis *magnus*.

ꟷVΠ, vel ꟷVΠЯ, ab απυη, vel ηπυη, *vox*, *clamor*.

ꟾЯƎ ·ꟷЯ≷ꟷ. ab ισοω.

≷ꟾЯꟽ. Aphaeresis. Ημας, *nos*.

ƎVT≷Ǝꟽ. Latinis *Mensor*, *Mesor*, Graecis μετρητης.

VΠ. Graecis που, *ubi* Latinis. Per metathesin ΠV.

ЯVNꟷꓘNЯT. Non dubito, Oscis fuisse *tanghinud*. Απο του ταττειν, *ordinare*.

Latina.

≷NЯᐊᐊƎꓘЯ. *Acerrani*.

TƎᐊ8NЯ. *Ante*, et *fero*, quae posterior vox Graecis etiam, et Latinis eadem.

ЯЯꓘЯNVꟽ≷Я. *Ad munera*. In Cippo est pro *Curatore*.

≷ꓶЯ. *Aps, abs*.

TꓶЯ. *Aut, at, et*.

ЯVЯ. *Ad unum*.

⊦VTRꓘ. *Cadivi.*

⊦V⅃R⊐ꓘ. *Quales*, *qualiter.*

⊣VꓘRT∃ꓘ∃ꓘ. Sic puto, legendum, a Latinorum *contingo*, quod Graecis Τιγω.

ЯR◁TB∃. *Ext.* Graecis εκτος.

ИИVꓘꓘ∃. *Ecce*; *cum.*

⊦V⊦⊦ꓘ. *Cives.*

ИИИ≷⊦R8. *Fines.* Anne a φαινομαι, quod ex his *apparent* agrorum terminationes? Vulgo *fanajeta.*

≷≷VB⊦∃8. Graecis συκη. *Ficus.*

8V⊦TRTꓘV◁8, *a fructibus.* Italis *fruttato.* Unde *fruor.*

ИIИ⊦. *una, item, deinde.*

I⊓≷⊦. Metathesis. *Ipsi.*

TVR ·ИИVT⊦. *Ita utei.*

ꓘV⊦. *Iugum*, *Collis.*

IRT≷V⊦. *Iustae.*

RꓘI⅃ . . . 8VT⊦ꓘ⊦⅃. Latinis *licet.*

ИИRИ. Notae significationis particula aetiologica.

ИИRR⊓ *et* ИИR⊓. *Olim*, *primo.* Adfine videtur graecorum τω παλαι.

⊦R⊓. *Sane*, *profecto.* Contractum videtur τυ *papae.*

⊓∃И. *Nec.*

TIИИ⊦⊦⅃. *Limites.* Λειμμα graecis *reservatio*, quod limitum proprium.

≷И∃TR⊓. Per se *patet.* Graecis πατεω, *tero*, *calco*, et πεταω, *aperio*, *pando.*

◁∃⊓. *Per.*

Я⊦ꓘV⊓V◁⊓. *Provocaverunt.*

⊓V et V⊓. *ubi*, *post*, quod Graecis που.

Я∃TBRꓘꓘV⊓. Praeterit., ut Latinorum *dedet.* Vox composita ex adverbio pukka, *postquam*, Doricis οκα, et οκκα, vernacule *poccà.* Altera vox est verbum obsoletum τεω, *pono*, *constituo.* Ergo: *constituti fuerint.*

И⊦T⸮VП. *Postinde.*

⸮⸮⊦T⸮VП. *Positi*, vulgo *posti.*

⊦ƎTꓤИƎ⸮. *Senatu.*

IƎ◁ƎT. *Tres.*

IƎИƎMMIƎ◁ƎT. *Termini.*

8V⊦И⊦MIƎ◁ƎT. *Terminatio, confinium.*

⊦Ǝ◁ƆꓤՇƎBT. Graecis θησαυρυ. Bis in Cippo occurrit vox, sua numquam adspiratione carens.

MMVƆꓤꓘꓤ⅃ꓤ8I◁T. *Turbatio* Latinis, Graecis θορυβος.

·VT·Tꓤꓘꓤ◁ꓤ8I◁T TƎ⸮. *Turbavit* a *turbando*, quod Graecis θορυβεω.

⊦Ǝꓘ⊦◁T. *Terni.*

⊦◁⊦T⸮ƎƆ. *Vestri.*

ꓤIꓤƆ⸮ et ꓤ⊦Ɔ. *Via*, ut *snata* pro *nata*, et *Suettius* pro *Vettius.*

Tꓤ⸮⊦⅃. *Lisa' st* aut *lisa at.*

⸮IV. *Vis.*

VƆV◁V⊦Ɔ. *Viae ruina.*

Яꓤ⅃⅃V. *Ollam*, *illam.*


Quod si praescriptos operi fines praetergredi sine reprehensione, fas esset, idque per otium liceret, nihil fortasse facilius, quam vocum hanc adfinitatem, et *την αναλογιαν*, ostendere, in plerisque fere omnibus dialectis obtinere, de quibus est commemoratum. Quorsum haec? ut nempe intelligatur, Etruscos, Oscos, Graecos, Eugubinos, Volscentes ab iisdem omnes hausisse fontibus, quae deinde pro modo suo quisque conformavit, inflexitque, vocabulorum, ut ita dicam, fundo eodem permanente. Adeoque *των ιδιωματων* minime putandum aliud ab alio linea recta, si ita loqui fas est, profluxisse, sed collaterali potius ordine, fraterno iure inter sese discerni. Anne Oscorum Abellanae fabulae tanta

cum vulgi romani voluptate, plausuque fuissent actae, si Oscos a Romanis plusquam dialecto una differre contigisset? Quin, Strabone teste (1), eas vulgo Romae radices egerat Osca dialectus, ut cum Oscorum gens interiisset, *sermo eorum apud Romanos restaret ita, ut carmina quaedam, ac mimos quodam certamine, quod instituto maiorum celebratur, in scenam* producerent. Satis haec, unius speciminis ergo, pro latentibus deinceps vocum Oscarum significationibus investigandis, si quando novas de latebris protulerit dies. Res equidem ardua, nec omnium humeris apta. Nam si, ut in re simili ait Macrobius temporis sui iniens rationes, *quia seculum nostrum ab Ennio, et omni bibliotheca vetere descivit, multa ignoramus, quae non laterent, si veterum lectio nobis esset familiaris* (2); quanto id verius de Osca dialecto affirmari potest, cuius nulla prae manibus nec vetus, nec recens bibliotheca est? Nec idcirco res tamen desperanda omnino, fontibus patefactis, e quibus hauriendum, haud raro sine periculo, coniectura certe semper valde probabili, nisi nos omnia fallunt.

Quae si vera sunt, minime desperandum, fore aliquando, ut harum notitiam assequamur, si modo laboris, patientiaeque minime poeniteat. At enimvero obstat votis monumentorum penuria. Et sentio, et fateor. Tanto ergo maiori cura colenda, terendaque,

(1) Lib. V.
(2) Saturn. L. VI. Cap. IX.

quae adhuc superant, et quaerenda, custodiendaque, si quae nova proferat aetas. Nunc antequam Abellanorum fines relinquamus, placet pro coronide qualicunque Osco-Abellanum alterum exponere titulum, quem Remondinius (1) sepulcralem asserit:



Nos Vesii

Manes. trem

Nexus idem, qui in Cippo. De voce *Mais* satis supra. *Vesiam* gentem refert Gruterus (2). *Main*, *Manes*. Quid *Trem*, quod a *tremo* minime dubitem derivare? *Caveas*, puto, seu religio tibi sit, ne turbes, aut violes. Quae innoxia vivorum vota, ne mortui de monumentis suis deturbentur, obviant passim in re sepulcrali.

§. VIII.

QVA PARTE ABELLANI, NOLANI, GALATINIQVE OLIM INTER SE ADFINES. OPPIDORVM, DE QVIBVS IN CIPPO INIECTA MENTIO EST, BREVIS NOTITIA.

Galatini. Sic reddendos censemus, qui *Galatui* in Cippo nominantur, quique Galatiam incoluere. Nil Galatinis his cum Calatinis, nec Galatiae, de

(1) Iscr. Osca facc. 26. n. 23.
(2) Pag. 662. n. 2.

qua quaeritur, cum Calatia commune. Calatia, quae et montana, discriminis ergo nominata, trans Tifata, et Vulturnum posita fuit. Nihil de hac Frontinus, cuius locus mox afferendus, de Galatia est intelligendus, minime de *Calatia*, ut non recte ad marginem vides adnotatum apud Goesium. Galatia Abellae, Nolaeque adfinis, hodie *le Galazze*, unde Ecclesia Galactina prope Magdalonum, distat a vetere Abella Septemtrionem versus M. P. III. plus minus, ab urbe Nola vero ad meridiem M. P. III, paullo amplius. Abella igitur media quoddamodo inter utramque ab oriente. Neapoli siquidem pergenti secus viam Apulam ad M. P. XIII. dextrorsum sita Nola est, paullum itinere a regia Via deflexo. Sequitur deinde Abella, sed sinistrorsum a via eadem, ad M. P. XVII, ab Urbe. Abs Urbe Nola ad usque Abellam continui hinc inde montes, quorum in medio strata via est, quae paullatim assurgit Abellam versus, quae extra viam, sita ad laevam est iugis continuis circumsita, quae Appenninorum partes sunt. Abellae ad laevam iugum imminet, in quo veteris Castri Abellani ingentia adhuc vestigia perennant, de quibus Cippum nostrum eruderatum iam dudum fuisse, accepimus, ad montis radices, qui nunc *Tora* dicitur. Iugum idcirco, de quo contendisse Abellanos cum Nolanis e marmore didicimus, hoc extitisse oportuit, ad Occidentem versus, cui insidebat via, quae inferne fines Nolanorum, superne Abellanos, paullo superius Galatinum agrum attinebat. Haec omnia ex nupera nostra

τῃ αυτοψιᾳ, cui curis, impendioque Societatis nostrae, additi comites Io: Bapt. Finatius, Collega noster amantissimus, et Stanislaus Aloe. *Galatui* igitur Cippi Abellani ad eam Galatiam sunt sine dubitatione referendi, quae sita olim fuit secus Appiam, Candium inter, Capuamque, ut acute perviderat Peregrinius, cuius coniecturae fidem nunc adstruit certissimam Cippus noster. De Galatia hac ita Frontinus (1): *Galatia. Oppidum. Muro ductum. Iter populo debetur pedibus* LX. *Coloniae Capuensi a Felice cum territorio suo adiudicata, hostica pugna.*

Nola. Pervetustae Urbs originis, quam Iustinus a Chalcidensibus sine ulla haesitatione repetit, una cum Faliscis, Abellanisque (2). Nolae magnum nominis incrementum, apud romanos praecipue Scriptores, a bello altero Punico. Cum Hirpinis, Aeclanensibusque in primis, stetit pro Samnitibus in bello Sociali, quo confecto, communicatoque cum Italia iure civitatis, Tribui Falerinae fuit adscripta. Nolae obiisse Augustum, Suetonius tradit (3), eodem in cubiculo, quo pater eius Octavius, Sextis Pompeio, et Appuleio Cos. De Nola Frontinus (4): *Nola Muro ducta. Colonia Augusta. Vespasianus Augustus deduxit. Iter populo debetur pedibus* CXX.

---

(1) Pag. 137.
(2) Lib. XX. C. I.
(3) In Octav. Cap. C.
(4) Pag. 106.

Ager eius limitibus Sillanis militi fuerat assignatus. Postea intercisivis mensuris Colonis, et Familiae est adiudicatus.

Abella. Quae de Belo, eius Rege, seu ductore, circumferuntur, fabulae proxima. Pro Turno contra Aeneam, Latinumque Regem, stetisse, canit Virgilius. Post bellum Sociale, Abellani Tribui Galeriae accensiti. De hoc Municipio sic Frontinus (1): *Abella. Municipium. Coloni, vel Familia Imperatoris Vespasiani, iussu eius, acceperunt. Postea ager eius iugeribus militi est adsignatus.* Quod Abella *municipium* dicitur a Frontino, indicium est, Abellanos non statim fundos factos populi romani fuisse, sed in municipali conditione adhuc perseverasse aliquantisper.

Suvessula. Stlaccii patria, qui primus Arbiter, seu Iudex datus Nolanis, Abellanisque de iugo, et via contendentibus. Tifata inter, Claniumque quondam posita. *Suvessulanorum agrum excipiunt Nolanorum populeta multiplicis generis amicta vitibus, quae vina fundunt, tum hibernis poculis lenia, tum aestivis excitando stomacho subaustera.* Suvessulam ibi quondam extitisse, constat, ubi hodie oppidum *Castellone*, aliud tamen a Caietano. Qua in re placuit verba ipsa exscribere Iunioris Sanfelicii (2), qui aurea stili puritate, mode-

---

(1) Pag. 107.
(2) De Orig. et Sit. Campan.

stissimaque elegantia, adiuncta penitissimae rerum patriarum notitiae, nemini secundus. Haec denique Frontinus (1): *Suvessula. Oppidum. Muro ductum. Colonia. Lege Sillana est deducta. Ager eius veteranis militibus est adsignatus. Iter populo non debetur.* Suvessula minime confundenda cum Suessa Aurunca, nec cum Sinuessa. Romani, ut Livius refert (2), *Cumanos, Suvessulanosque eiusdem iuris, conditionisque, cuius Capuam, esse voluerunt.*

Acerrae. Suvessulae finitima. Palustrem aeris gravitatem rependit soli foecunditas insignis. *Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio Praetore lata, qua civitas sine suffragio data,* ut Livius ait. Gravia a Poenis damna perpessi. Haec Frontinus (3); *Acerras. Muro ducta. Colonia. Divus Augustus deduci iussit. Iter populo debetur pedibus* LXXX. *Ager eius iugeribus est assignatus.*

§. IX.

Qvaedam addita extra ordinem.

Agellos meos recolo, more meo, repurgo, et si qua patet via illorum fines promovendi sine ullius iniuria, occasioni non desum. Abs viro praeclaris-

(1) Pag. 117.
(2) Lib. VIII.
(3) Pag. 102.

simo Christophoro Wordsworth nonnulla e parietinis Pompeianis, patientia, diligentiaque Britanno homine dignis, nuper descripta, eruditeque illustrata sunt, quae caeteris Pompeianis accessionem faciant, aequum est, quae recens a nobis in Fastis praecipue sunt in unum consarcinata. Communibus haec omnia characteribus referentur, quae, prout in parietibus leguntur, Oedipo digna, Oedipum pro merito in Britanno adolescente demum nacta sunt. Horum quaedam *moralia* sunt, *erotica* alia, nonnulla ad *rem vinariam* pertinent, alia ad *ludos*, quaedam ad *rationem funerariam*. Haec inter, quaedam epigraphe Tiberii meminit *tertio* Consulis, quae talis est:

TI. CAESARE. TERTIO. GERMANICO. CAES. ITER. COS

Nota Romae, Pompeiana tempestate, orta controversia, utrum Consulem dici oporteret *tertium*, vel *tertio*, et ita porro. Moralia haec sunt:

1.

NON EST EXSILIVM EX PATRIA SA *pienti*.

Scilicet: *Omne solum forti patria est.* Puto, hanc sententiam a viro generoso aedibus adpictam, qui solum vertere fuerat coactus.

2.

QVOD PRETIVM LEGI

3.

TV ENIM ME DOCES

4.

SONIVS CORNEILIO IVS PENDRE

Postremam vocem *perendie* interpretatur vir Britannus. Forte rectius: *pendere*, quo Cornelii iudicis taxetur avaritia.

5.

AMIANTVM QVOTIMAEO ORO VOS

Quot pro *quod.* Litera *T*, quae finis vocis praecedentis, eadem initium sequentis. *Timaeo* pro *timeo*, quod scalptoris imperitiae condonandum.

6.

MINIMVM MALVM FIT CONTEMNENDO MAXVMVM. QVOD CREDE MI*hi*, *non contemendo*, ERIT MINVS. Egregia sane restitutio!

7.

COSMVS NEQVITIAEST
MAGNVSSIMAE

Ergo et hoc superlativum apud vulgus certe erat usitatum.

8

QVONAM DIGREDIENS
MAGNIS A LAVDIBVS
OPPI.

Erotica.

1.

L. ISTACIDIAE. QVEM NON CENO
BARBARVS ILLE MIHI EST

Taxatur Istacidiae Libertae improbitas, cui *barbarus erat*, *quem non cenaret*. Sal in voce *ceno* latet. De *Istacidiis* Pompeianis longa in Fastis commemoratio.

2.

NIIMO IIST BELLVS NISI QVI AMAVIT

Duplex I pro E ἀρχαικῶς. Eroticum item, quod sequitur, problema.

2.

ZETEMA
MVLIER FEREBAT FILIVM SIMILEM SVI
NEC MEVS ES NEC MI SIMVLAT. SED
VELLEM. ESSET MEVS
ET EGO VOLEBAM VT MEVS ESSET

Turpicule olet. Mulieri speciosae filius erat similis sui. Haec primae lineae sententia. Altera virum insinuare videtur, qui quamvis suum esse filium optaret, suum tamen non esse fatetur, nec sui similem. Tertia demum linea moechi esse videtur, qui improbe ait, et se voluisse, ut esset suus.

Vinaria.

1.

LIQVAMEN
OPTIMVM

In fronte amphorae.

2.

IA
M. AVRELIO
SOTERI

IA. Graecus num. amphorae – XI.

3.

AK
M. CAESI
CELERIS

Num. XIX.

4.

*Len*TVLO. M. ASINIO COS
FVNDAN

Vinum intellige Fundanum, repositum, M. Asinio Agrippa, Cosso Cornelio Lentulo Cos. a. v. C. 778. Recole illud Horatii: *O nata mecum, Consule Manlio*. De vino Fundano haec Martialis:

Caecuba Fundanis *generosa coquantur Amyclis,*
Vitis et in media nata palude viret (1).

5.

VRNA. VINARIA. PERIIT. DE. TABERNA
SEI. EAM. QVIS. RETVLERIT
DABVNTVR
HS- LXV. SEI. FVREM
QVI. ABDVXERIT
DABITVR. DVPLVM
A. VARIO

(1) Lib. XIII, n. 100.

Optumi saporis Epigramma, vereque *suavis anima*, ut Phaedri anus ait. Consentit cum Britannico titulo olim a nobis illustrato *de perditi anuli recuperatione* (1).

Funeraria.

1.

PVRRHVS. GETAE
CONLIIGAE. SAL
MOLESTE. FERO. QVOD
AVDIVI. TIL. MORTVOM
ITAQVE. VALE

2.

Θ. ALEXANDER. VIL.
Θ. TYRANNVS. MEDICVS
Θ. PHOEBVS. VIL.

In Theat. Pompeiano. Vide *Medicum* inter *Servos*, nec dubito, quin pro Pompeiano Theatro medicum egerit Tyrannus. Sic Amphitheatri Aeclan. Archiater *C. Salvius Atticianus* (2).

3.

Θ. EPAPHRODIT.

Inter duo Pompeiorum Theatra.

(1) Com. IX.
(2) Fast. Duumvir. facc. 217.

4.

SARRA NON BELLE FACIS. SOLVM ME RELINQVIS DEBILIS...

Quonam referenda haec, quae sequuntur, graeca nomina, non video:

5.

ΔΙΟΦΑΝΤΟC
ΑΔΩΝΙΟC
ΗΛΙΟΔΩΡΟC
ΔΙΟΓΕΝΕC
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟC
ΑΠΟΛΛΟΝΙΟC
ΕΠΑΓΑΘΟC

Lusoria.

1.

EPAPHRA GLABER ES

Epaphrae huic locus est inter *Ministros Fort. Aug.*

2.

EPAPHRA PILICREPVS NON ES

De *Pilicrepo* carptim alibi, fideque magis aliena, quam periculo nostro. Ampliandum nunc de voce hac, ad quam facere videtur hoc aliud:

3.

AMIANTHVS. EPAPHRA. TERTIVS. LVDANT CVM.HEDYSIO. IVCVNDVS. NOLANVS. PETAT NVMERET. CITVS. ET. STACVS. AMIANTVS

Horum nomina pleraque vide inter *Ministros Augusti*, vel *Fortunae Augusti* (1). Hic suae cuique partes assignantur in *pilarum ludo*. 1. Amianthus, Epaphra, Tertius, et Hedysius, *Lusores*. 2. *Petitor* Iucundus Nolanus. 3. *Numeratores* duo, Citus, et Stacus Amiantus. Quibus omnibus lux petitur ab hoc Senecae loco (2); *Ecce varius clamor circumsonat. Supra ipsum Balneum habito. Si vero* PILICREPVS *supervenerit, et numerare coeperit pilas, actum est.* Nempe de quiete, silentioque meo, quibus unice studeo. *Pilarum* ludum Balineis fuisse coniunctum, ex Ursi Togati titulo apud Gruter. (3) didiceramus, *vitrea qui primus pila lusit decenter cum suis Lusoribus, maximis clamoribus laudante populo, Thermis Traiani, Thermis Agrippae, et Titi, et Neronis.* Qua de re amicos *Pilicrepos* hortatur, ut *conveniant ovantes*, sibique statuam ponant, quae omnia confirmat Senecae locus recitatus. *Pilicre-*

(1) Com. VI. VII.
(2) Ep. 56 ad Lucil.
(3) Pag. 617 n. 1.

pi igitur *pilarum* lusores erant, sic dicti a *pilarum crepitu*. *Epaphra*, qui Lusoribus accensetur in titulo, *pilicrepus* erat, sed malus fortasse, unde in proxime antecedenti titulo, in spretum: *Epaphra, pilicrepus non es. Numeratores* in Ludo pilarum duo, Citus, et Stacus Amiantus. Cur duo? Puto: pro qualibet Lusorum parte unum, qui *iactus* pilarum numeraret, ne fraus irreperet. Quid denique *Petitor*, qualis Iucundus Nolanus? Et hunc reor eum fuisse, qui pecuniam a victis *peteret victoribus* debitam. C. Caesarem pilae ludo delectatum fuisse, narrat Macrobius (1): *L.. Caelius*, inquit, *cum C. Caesar aliis, qui secum pila lusitabant, centena sestertia, illi uni quinquaginta dari, iussisset; quid, ego, inquit, una manu ludo, et non duabus, ut plus habere possim?*

Quid inter haec accedis, Vir amicissime, Andrea Eichholzer? Flosculus ecce de Libano, qui manu tua decerptus, cum loca illa peragrares, doctorum hominum instituto, non viatorum levitate. Titulus, quem mecum communicas, de Libani ipsius Monte, tamquam de pagina, descriptus, viam militarem, apud Lycum Fluvium, caesis montibus imminentibus, commonstrat, dilatatam, auctore M. Aurelio Antonino Pio, mare inter, montemque Libanum proximum, qua parte Lycusin mare influit. Sic illum nunc emaculatum habeas:

---

(1) Saturn. Lib. I. Cap. VI.

IMP. CAES. M. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVGVSTVS
PART. MAX. BRIT. MAX. GER*m*.
MAXIMVS. PONTIFEX
MAXIMVS. MONTIBVS
INMINENTIBVS. LYCO. FLVMINI
CAESIS. VIAM. DELATAVIT
PER. *p*........
ANTONINI.......

Inter haec, tempore sibi utili, venit ecce in manus e Diario nostro utriusque Siciliae ad d. 19 Aprilis titulus Algeri effossus, quo demum datur intelligere, *Icosium* olim ibi stetisse, ubi deinde Alger. Sic ille in Diario laudato legitur. I. *Sittio M. f. Gor. Plocamian. Ordo Icositanor. M. Sittius. p. f. que Coecilian. pro. filio pidotissimo h. r. u. r.* Quem sic puto restituendum, ordinandumque:

P. SITTIO. M. F. COR
PLOCAMIAN
ORDO. ICOSITANOR
M. SITTIVS. P. FLOR. CAECILIAN
PRO. FILIO. PIENTISSIMO
H. R. I. R.

Honorarius est, facile statuae appositus, quam Icositanus Ordo P. Sittio Plocamiano dedicavit. *Impensam, honore recepto*, seu contentus, in se re-

cepit M. Sittius Caecilianus, P. Sittii Plocamiani Pater. Sittiorum, cum alibi, tum Pompejis, ampla seges. Initiales H. R. I. R. - *Honore recepto, impensam remisit.* Vetus Mecaenatium formula, sed parum notae significationis.

A CHI VORRÀ LEGGERE.

Era sotto i torchi quanto si è scritto e stampato, e se ne volle fin da allora qualche articolo, onde prevenire il pubblico di quello, di cui sarebbesi trattato. Non seppi resistere a tale richiesta, e quindi su tal proposito trovansi di già pubblicati cinque articoli. Si è preteso dopo tutto ciò, che anche questi articoli uniti insieme si aggiugnessero alla Divinazione, *a cui in certo senso servir dovevano di prodromo. Mi sono da prima negato, e perchè gli articoli erano scritti in volgar favella, mentre la Divinazione è scritta in latino, e perchè quanto in essi contiensi, quasi tutto si era accennato, se non intieramènte sviluppato nell' Opuscolo latino. Ma queste mie ragioni non sono state sufficienti a rimuovere dal lor pensare coloro, che mi consigliavano diversamente. Eccoli dunque con qualche picciola modificazione qui ripetuti, come si trovano di già pubblicati nel Giornale Settimanile. Contenti della sola traduzione italiana, si è omessa la version latina del Cippo, perchè questa si ha nella Divinazione, e sarebbesi ripetuta unicamente per isprecar carta e tempo. Si può fare anche a meno di quanto resta di essi dopo questo picciolo stralciamento. Ma io non ho tanta virtù da oppormi agl' innocenti desiderii, e sieno anche inutili, de' miei veri e dotti amici.*

Articolo I.

Principii da' quali bisogna partire per la intelligenza dei monumenti antichi in lingue già ite in disuso.

L'uomo è un animale di sua natura impaziente, ed è impaziente, perchè naturalmente curioso. La sua curiosità nasce dalla sua ignoranza, e il conoscere e il sapere sono per lui un bisogno indispensabile, non solo per ciò che riguarda il presente, ma molto più il futuro, e più di questo ancora, il passato. Se si vuole esser sincero, quello che c'interessa meno, è il presente: e il futuro e il passato, di cui per nulla si danno pena le bestie, occupano i nostri pensieri sempre inquieti ed anelanti. Sul futuro non pertanto ha un certo predominio il passato, e questo forse, perchè il passato è un fatto, e l'avvenire non si considera, che come un possibile, e quindi incerto. Di quì l'amor naturale e la smania per la Storia, che ravvicinando i secoli passati co' giorni nostri, ci mette sotto gli occhi come presente, quello che già fu, nè può essere altrimenti da quello che fu. Ogni Storia c'interessa, e se fosse possibile, noi vorremmo non ignorar nulla di ciò che è stato una volta. Pure più de' fatti altrui, e di coloro, co' quali abbiamo avuto minori rapporti, ci rapisce e trasporta il piacere d'intendere ciò che si è pensato e fatto da coloro, che ci han prece-

duto nel respirar quell'aere e nell'abitar quei luoghi, ne' quali siamo nati, e de' quali ci consideriamo come successori, ed eredi di quelli che ci hanno preceduto. Ma quanto poco ci tocca di poter sapere di essi dopo tanti secoli e tanti di obblivione e catastrofi! È questo un fato comune a tutte le Storie antiche, delle quali tutto ciò che si sa è generalmente assai poca cosa in paragone di tutto quello che si dovrebbe sapere, e che è forza tuttavia ignorare senza alcun rimedio.

Pur questo ancora è assai poco per la Storia di que' Popoli, che essendo scomparsi dal catalogo delle nazioni, non ci hanno lasciato che troppo scarse notizie e confuse de' fatti loro, e queste da raccozzarsi, come incidentemente, da Storici di altre nazioni e linguaggi, che non potevano certamente aver per essi quell'impegno, che avevano naturalmente per le cose loro. E cresce la sventura per que' Popoli antichi, di cui si sono smarriti quasi tutti i loro patrii e primitivi monumenti, e che quando anche esistessero belli e freschi, sarebbero pure inintelligibili, perchè scritti in un linguaggio, che non si è più nel caso di leggere e capire francamente. Ecco il caso degli Etruschi, degli Eugubini, degli Umbri, degli Oschi, de' Sanniti, de' Lucani, e di tante altre nazioni della prisca Italia sopra tutto, che tanto forse primeggiaron nella Europa intera, quanto questa si distinse fra le altre parti tutte del mondo conosciuto. Ad onta però di tante fatalità, sono scappati e scappano tutto giorno prischi monumenti ed

etruschi, ed oschi principalmente, che se per una parte fanno la delizia degli amatori di tali merci, ne formano per l' altra la disperazione, per non sapere, che cosa dir si debba de' medesimi. Sarebbe dunque a desiderar sommamente, che di siffatti parlari, che in sostanza riduconsi a tanti differenti dialetti di una lingua madre a tutti comune, si tracciasse in fine una strada, se non del tutto sicura, almeno la più plausibile, e meno esposta a trarci fuori di cammino, e fuori speranza di ricondurci, quando che sia, nel retto sentiere. Questo è quello che mi ho proposto, essendo da lungo tempo esercitato in cosiffatti studii, e che partendo da certi miei principii particolari, nelle varie occasioni non mi son trovato scontento dell' applicazione fattane, almeno per ciò che ne ha giudicato il pubblico erudito. Darò in breve la esposizione di tali principii, facendone pruova per la interpretazione del celebre Cippo-Osco terminale di *Avella*, e che a torto da taluni si è creduto di *Nola*, mentre esso è originariamente *Avellano*, come mi lusingo di poter dimostrare a suo tempo e luogo. Quali sono ora i principii, da' quali io son partito, e da' quali credo doversi muovere in tali faccende? Eccoli in breve.

